



Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1702. usque ad annum 1708

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1781

VD18 13322648

§. 112. Lutheranorum querelæ contra Calvinistas in Ratisbonensibus
Imperii comitiis propositæ.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67633](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-67633)

Sæc. XVII
A. C. 1760

§. CXII.

Lutheranorum querelæ contra Calvini-
stas in Ratisbonensibus comitiis
propositæ.

Quamvis Calvinistæ juncta cum Lu-
theranis opera in Ratisbonensibus ^{Theat. Pet.}
Imperii comitiis ad ampliandam sectæ ^{rop. t. tij.} & 18.

lue libertatem Electorem Palatinum
adegissent, postquam tamen importunitatis
suis postulatis plene satisfactum cerné-
bant, Lutheranorum caussam penitus
neglexerunt, eos rem deducentes, ut
hi anno normali stare jussi, sua, si quæ
haberent, jura legitimis documentis
demonstrare cogerentur: Eapropter hi
ad Protestantes Ordines supplicem
transmisere libellum, exponentes, quod
Hispanis, Bavarisque copiis in Palati-
natum irrumpentibus, nonnisi quatuor
Templa ab incendio eræpta, cunctaque
authographa, Manheimio, Heidelberga
& Franckenthalia urbibus in cineres
redactis, igne absumpta fuissent; Elector
quidem iisdem triginta Ecclesiæ, &
quindecim scholas postea erigi indu-
sisset, & de Ministrorum sustentatione
ex Ecclesiarum ærariis providisset, nunc
vero cuncta eorum bona inter Catho-
licos & Calvinistas distributa, proin
Ecclesiarum Ministri ob inopiam gre-

Ee 2

gem

Sæc. XVII. gem suum deserere compulsi forent
A.C. 1706. Horum querelis cedebant Lutherani
Principes, qui *Evangelico*, ut vocantur
Corpori die vigesima quinta Januarii
Ratisbonæ exponebant, quod integrus
Palatinatus antea Lutheri sectam pro-
fessus esset, ac primum a Joanne Cal-
mire Administratore ejectis Lutheranis
Prædicantibus & Ludimagistris, Tempa-
pla eorum & redditus Calvinistis fuerint
attributi, eorum vero restitutio in articulo IV. §. 19. Pacis Westphalicae
imo & amplius Religionis exercitium
Lutheranis fuerit promissum: Id vero
Electores Calviniani admodum remiserunt
Catholici vero fidelius adimplevissent
ac tredecim Lutheranorum scholis
triginta & uni Prædicantibus salaria
juxta transactionem cum Prussiæ Re-
factram usque ad hunc annum ex Pat-
tino Ecclesiarum ærario solvissent.
Tutur Lutherani Principes petebant,
ab Administratore & Friderico V. Elec-
tore Lutheranis erpta cum oneribus
causia restituerentur; hac de causa
supplices adibant Electorem Palatinum
qui tamen totum negotium Prussiæ Re-
decidendum reliquit: cum vero
Lutheranis quidem tolerantiam
sectarum polliceretur, eisque, ubi plus
quam viginti familiæ reperirentur, E-
cclesiæ scholasque aperiendi facultatem
con-

concedi suaderet, vicissim vero Calvi- Sæc. XVII.
A.C. 1706.
nistis in Imperii urbibus præcipue Fran-
cofordiæ & Norimbergæ publicum suæ
fectæ exercitium indulgeri peteret, mox
Lutherani Principes opponebant, in-
decens esse Rempublicam in Republica
erigi, aliunde Augustanæ Religionis
pacem duntaxat in Augustanæ Con-
fessionis affeclas, extendi posse: insu-
perhabita autem horum oppositione
Prussus æque ac Palatinus Ecclesiarum
proventus distribuere pergebant, in-
cassum potentibus Lutheranis, ut eis
salaria & saltem *Simultaneum* fartum
servaretur, donec res per Imperii de-
creta decideretur. Nec tamen pro-
pterea Lutherani Prædicantes a conti-
nuis querelis contra Calvinistas desti-
terant, quas tamen hi nulla mora,
verbisque admodum aculeatis refellere
nitebantur, non sine maximo utriusque
partis dedecore; quocirca Imperii
Principes Esram Edzardum Luthera-
num Hamburgi Prædicantem, & Stri-
mesium, aliosque Calvinianos Præco-
nes ob virulenta eorum scripta acriter
reprehenderunt. Ita nempe tolerantiae
apud Sectarios adeo decantatæ spiri-
tus in tantum viget, ut suam quisque
fectam ubique tolerari velint, alienam
vero tolerare nolint.

Ee 3

§. CXIII.